NOMINA AFFINITATIS, & Consanguinitatis.

Vide *verb.* Affinitas *art.* 1. *num.* 15. & 16.

NOTARIUS.

SUMMARIUM.

1 *Notarius cum creatur, quid jurare soleat.*
2 *Notarii quicumque possunt ab Episcopo, ut delegato Papæ, examinari, & si non reperti idonei, vel inventi delinquentes, suspendi ab exercitio officii in causis ecclesiasticis, ac spiritualibus.*
3 *Talis facultas examinandi Notarios competit etiam Prælatis inferioribus, quasi episcopalem jurisdictionem habentibus.*
4 *Notarii intra mensem tenentur referre Episcopo legata testamentorum ad pias causas sub pœna excommunicationis. Unde in synodis diœcesanis solet reponi inter casus reservatos* legatorum piorum à Notariis ultra mensem dilata revelatio.
5 *Quid circa hoc disponat Concilium Mediolanense.*
6 *Notarii tenentur ex officio, etiam nemine requirente, revelare legata pia, aliàs peccant mortaliter.*
7 *Notarii fori ecclesiastici tenentur intra mensem dare copiam appellanti, si petit, soluta mercede congrua; si differunt, privandi sunt officio, & condemnandi ad pœnam duplicis valoris litis dandi pauperibus.*
8 *Notarii tenentur intra mensem revelare legata facta fabricæ S. Petri.*
9 *Notarii possunt à Fabrica S. Petri cogi ad dandum instrumentum legati post obitum testatoris, etiamsi clausum fuerint, data debita mercede.*
10 *Notarii quorumcumque locorum tenentur in virtute S. Obedientiæ, & sub pœna privationis officiorum, ac solutione dupli, revelare omnes dispositiones in favorem Sacræ Domus Lauretanæ factas, vel faciendas intra octo menses à die mortis disponentis extra Italiam; intra vero infra tres menses.*
11 *Notarii facientes instrumenta usurariorum, seu quo-*

cia constituere etiam plures Fratres sui Ordinis ab eis approbatos in Notarios publicos pro intimandis mandatis, & rescriptis Apostolicis, & datur formula eos creandi.
23 *Inquisitores hæreticæ pravitatis possunt creare Clericos Seculares, & Regulares in Notarios Sanctæ Inquisitionis.*
24 *Notarii omnes omnia gratis pro officio Sanctæ Inquisitionis expedire tenentur.*
25 *Clerici tum seculares, tum regulares an, & quando & pro quibus possint esse Notarii vel non,* remissive.
26 *Notarii, seu Tabelliones peccant in pluribus casibus, qui assignantur.*
27 *Notariatus officium esse vile multi tenuerunt.*
28 *Contrarium tamen alii sentiunt, & sustinent Notariatum esse officium nobile.*
29 *Unde attendenda est loci consuetudo; quicumque enim Notarii sunt nobiles, quando loci consuetudo eos non reputat viles.*
30 *Talis consuetudo reputandi Notarios nobiles viget in civitatibus ditionis Mediolanensis.*
31 *Quod etiam procedit in civitate Veronæ.*
32 *Dicta tamen consuetudo videtur non posse extendi extra locum, aut civitatem, nec ad diversos honores.*
33 *Ideoque non venit admittenda ad effectum assumendi habitum Religionis Hierosolymitanæ.*
34 *Intellige tamen, nisi aliunde probetur nobilitas secundum statuta ejusdem Religionis, quo casu officium Notariatus non derogat.*
35 *Notario sibi obviam venienti* Carolus V. *caput inclinavit, & quare.*
36 *Notariatus Apostolicus conceditur quibuscumque etiam non nobilibus, graduatis, neque constitutis in aliqua dignitate; assignantur taxa, & modus pro illo petendo, & obtinendo.*
37 *Protonotariatus Apostolicus, ut impetretur à Papa, debet persona, pro qua petitur, aut esse nobilis, aut graduata in alia scientia theologica, juridica, aut philosophica, vel esse in dignitate aliqua ecclesiastica; assignatur taxa. Ejusmodi Protonotariatum dat etiam Dux Sforzia, aut alius; assignatur taxa apud hunc, & modus pro illo petendo, & obtinendo.*
38 *Protonotarii an, & quando exempti sint à jurisdictione Ordinarii, & quibus privilegiis gaudeant.*

2 Notarii quicumque, etiamsi Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creati, possunt ab Episcopo ut delegato Papæ examinari, & si non reperti idonei, vel inventi delinquentes, suspendi ab officio, vel perpetuo, vel ad tempus, in causis ecclesiasticis, ac spiritualibus. Con-
3 cil. Trident. *sess.* 22. *de reform. cap.* 10. Talis facultas examinandi Notarios competit etiam Prælatis inferioribus quasi episcopalem jurisdictionem habentibus. Sic decisum fuisse referunt Selius *in Selectis Canonicis cap.* 25. *n.* 16. & Barb. ad *dict. sess* 22. *de reform. cap.* 10. *n* 2.

4 Notarii intra mensem tenentur referre Episcopo legata testamentorum ad pias causas sub pœna excommunicationis, & deinceps eorum instrumenta careant fide, si non exequuntur: Concil. Ravennat. II. *sub Clement. V. cap.* 31. Unde in synodis diœcesanis solet reponi inter casus reservatos: *Legatorum piorum à Notariis ultra mensem dilata revelatio*, uti de facto reperitur in synodo Æsina acta anno 1683. & in Albanensi edita anno 1689.

5 Concilium autem Mediolanense I. *part.* 3. *tit. de piorum locorum administratione* statuit, quod Notarii intra tres menses à die mortis testatoris sub pœna excommunicationis teneantur manifestare Episcopo legata, & codicilla facta ad pias causas, & debita mercede accepta, teneantur particulam illam legati descriptam & sigillo munitam tradere Episcopo.

6 Unde Notarii tenentur ex officio etiam nemine requirente revelare legata pia, aliàs peccant mortaliter. Navarr. *in Manual. cap.* 25. *num.* 53. Lazar. *Quæst. Can. sect.* 3. *quæst.* 1. *num.* 5. Vidal. *de Legat. inquisit.* 1. *num.* 64. Felix Potestas *tom.* 1. *num.* 2547. Monacell. *tom.* 1. *tit.* 6. *formul.* 15. *num.* 8. & *tom.* 2. *tit.* 14. *formul.* 1. *num.* 16. cum pluribus aliis à se citatis, Graffius *dec. aur. part.* 1. *libr.* 2. *capit.* 127. ubi insuper dicit, quod Notarii non revelantes legata pia teneantur ad restitutionem.

7 Notarii fori ecclesiastici tenentur intra mensem dare copiam appellanti, si petit, soluta mercede congrua; si differunt, privandi sunt officio, & condemnandi ad pœnam dupli valoris litis dandi pauperibus. Conc. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 20.

8 Notarii tenentur intra mensem revelare legata facta Fabricæ S. Petri; Clemens VII. constit. 8. *incip.* Admo-
9 net::: Notarii possunt à Fabrica S. Petri cogi ad dandum instrumentum legati post obitum testatoris, etiamsi clausum fuerit, data debita mercede; Pius IV. cons. 6. *inci-*
10 *pient.* Etsi::: Notarii quorumcumque locorum tenentur in virtute S. Obedientiæ, & sub pœna privationis officio-

in cap. Sicut te 8. *Ne Clerici, vel Monachi numer.* 66.

Potest tamen Episcopus vigore facultatis sibi à Con- 16
cilio Tridentino *loc. cit.* concessæ prohibendi Notariis minus idoneis repertis, ne in negotiis, & causis ecclesiasticis, ac spiritualibus suum exerceant officium, ipsis prohibere, ne illud exerceant quoad negotia, & lites locorum piorum à laicis administratorum. Item ipsis prohi- 17
bere etiam potest, ne illud exerceant quoad contractus personarum ecclesiasticarum super earum bonis patrimonialibus. Sic quoad utrumque censuit. Sacr. Cong. Concilii *die* 1. *Dec.* 1588. apud Fagn. *loc. cit. n.* 67.

Notarii, seu Cancellarii Episcopi, seu Curiæ episco- 18
palis, quam mercedem recipere possint pro scripturis, & instrumentis, ad quæ teneantur, & quibus exemptionibus gaudeant? Vide *verb.* Cancellarius *per tot.*

Notarius proprius ab Episcopo assumendus est in 19
visitatione personarum Cathedralis Ecclesiæ, non illi tamen Capitulo suspectus. Sic decrevit Sacra Congreg. Concilii apud Barbosam *in summa Apostolic. dec. verb.* Notarius *num.* 7. & *de offic. & potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 73. *num.* 8. Episcopus uti potest Notario Crimi- 20
nalis Civitatis, si sit vir probus, & advena, & sub quovis prætextu taxam non excedat. Sacr. Cong. Episcop. *in una Civitatis Castelli* 14. *Aprilis* 1615.

Generales, & Provinciales Religionum creare possunt 21
Notarios intra suum Ordinem pro causis criminalibus Religiosorum, ita ut illis tanta fides adhibeatur, quanta Notario seculari; *Communis*, cum Barbosa supra Conc. Trident. *sess.* 22. *cap.* 10. *de reformat. num.* 4. Portell. *in dubiis Regular. verb.* Notarius *à num.* 1. Roderic. *in compend. q. Regular. resolut.* 100. *num.* 1. Insuper S. Pius V. const. 124. *incip.* Debitum pastoralis::: concessit, quod Superiores Ordinis Prædicatorum, & consequenter etiam aliis communicantes in privilegiis cum ipsis, ut notat Ameno *de pœnit. tit.* 1. *quæst.* 10. *num.* 135. Matthæucc. *Officialis Curiæ quoad Prælatum Regularem cap.* 18. *num.* 38. & alii, in unaquaque provincia possint constituere etiam plures sui Ordinis Fratres ab eis approbatos in Notarios publicos pro intimandis mandatis, & rescriptis Apostolicis, faciendis instrumentis, & authenticandis transumptis, publicam, vel privatam dicti Ordinis utilitatem concernentibus. Unde pro talibus Notariis creandis datur hic modus, & formula. Selectis igitur à Prælato Religiosis, moribus, fide, doctrina, & peritia idoneis, ipsi coram eo genuflexi, tactis Sacris Evangeliis coram duobus, vel tribus testibus debent juramentum præstare de fideli

sitionis pro causis ad eam spectantibus, Alexander IV.
24 const. 22. *incipient.* Ne commissæ ::: Notarii omnes omnia gratis pro Officio S. Inquisitionis expedire tenentur. Clemens VIII. const. *incip.* Sanctissimus.

25 Clerici tum Seculares, tum Regulares, an & quando, & pro quibus possint esse Notarii, vel non? Vide *verb.* Clericus *art.* 3. *num.* 64.

26 Notarii, seu Tabelliones in pluribus peccant. 1. Si sine sufficienti peritia suscipiunt officium. 2. Si juramentum violent. 3. Si in depositione testium aliquid notabile, & momentosum addant, vel detrahant. 4. Si ministro transcriptori (cum erroris periculo) examen committant. 5. Si protocolla, & acta negligenter custodiant cum damno partium. 6. Si differant causarum expeditionem, ut pecuniam extorqueant. 7. Si testamentum scribant hominis ratione destituti. 8. Si testes falsos admittant. 9. Si solemnitates necessarias ex ignorantia culpabili, vel malitia prætermittant. 10. Si testimonium aliquod necessarium unius rogatu, & alterius damno non exhibeant. Si conficiant instrumentum usurarium, vel falsum præsertim in damnum tertii. Si faciant, ut processus, & causæ veniant ad alios Judices, vel Referentes, &c. quàm ordo illius tribunalis postulat, quia multum interest habere hunc, vel illum Judicem. 11. Si secretum violent v. gr. aperiendo parti adversæ dicta testium ante eorum publicationem. 12. Si parti petenti instrumenta occultent, præsertim quæ continent legata. 13. Si acta occultent vel parti petenti trasumptum processus negent. 14. Peccant graviter, si amisso instrumento antiquo publico, vel testamento, aliud simile confingant. Sic literaliter Busemb. *lib.* 4. *cap.* 3. *art.* 4. *dub.* 4. *num.* 4. & concordant alii communiter.

27 Notariatus officium esse vile multi Doctores tenuerunt,
& multis annis fuit administratum per servos publicos,
28 donec prohibitum fuit; unde Notarii appellati fuerunt ab
aliquibus personæ viles, & abjectæ. Rota *part.* 1. *recent.*
decis. 504. *num.* 3. Fagnan. *in cap.* Sicut te 8. *Ne Clerici, vel Monachi num.* 14. cum aliis ibi citatis. Contrarium tamen alii sentiunt, & sustinent Notariatum esse
officium nobile. Rota *part.* 1. *recent. decis.* 297. *num.* 4.
& *decis.* 504. *num.* 4. & *part.* 7. *decis.* 258. *num.* 6.
29 Unde attendendam esse loci consuetudinem, & quoslibet Notarios esse nobiles, quando loci consuetudo eos
non reputat viles, censuit Rota. Rota *part.* 1. *recent.*
30 *dec.* 504. *num.* 6. Talis autem consuetudo viget in civitatibus ditionis Mediolanensis, ubi Notarii admittuntur
ad Decurionatus, & Collegia, atque ad alios honores.
Rota *part.* 1. *recent. decis.* 297. *num.* 5. & *dec.* 504.
31 *num.* 6. & *sequent.* Quod etiam procedit in civitate Ve-
32 ronæ. Rota *part.* 13. *recent. decis.* 213. *num.* 13. Dicta
tamen consuetudo non videtur posse extendi extra locum,
aut civitatem, nec ad diversos honores. Rota *part.* 1.
33 *rec. dec.* 297. *n.* 6. & *dec.* 504. *n.* 7. Ideoque non venit
admittenda ad effectum assumendi habitum Religionis
34 Hierosolymitanæ. Rota *ibidem.* Intellige tamen, nisi
aliunde probetur nobilitas secundum statuta ejusdem Religionis, quo casu officium Notariatus non derogat, Rota *ibid.* & *num.* 8. & *part.* 13. *dec.* 213. *num.* 12.

35 Notario sibi obviam venienti Carolus V. caput inclinavit asserens posse illum renuntiationem sui Imperii rogare, testibus Cotta *in Memorabil. verb.* Notarius::: Fontanell. *de pact. nup. claus.* 5. *gloss.* 10. *part.* 1. *n.* 65. Arbuc. *in suis facibus fol.* 75. *n.* 50. & Ursaya *in miscellan. sacro & profano lit.* N *n.* 16.

36 Notariatus Apostolicus conceditur quibuscumque etiam non nobilibus graduatis, neque constitutis in aliqua dignitate. Taxa cum Agentia sunt 4. Scuta 50. Bajochi. Romæ petitur hoc modo: Petitur Notariatus Apostolicus pro N. N. Diœcesis N. Presbytero, vel Canonico, &c.

37 Protonotariatus Apostolicus, ut impertiatur à Papa, debet persona, pro qua petitur, aut esse nobilis, aut graduata in aliqua scientia theologica, juridica, aut philosophica, vel esse in dignitate aliqua ecclesiastica. Taxa sunt 24. Scuta. Ejusmodi Protonotariatum dat etiam Dux Sforzia, aut alius. Taxæ apud hunc sunt 6. aut 7. Scuta, & 50. Bajocchi. Modus petendi est iste: Petitur Protonotarius Pontificius (vel Ducis Sforciæ) pro N. N. diœcesis N. Canonico ibidem, vel Nobili, vel Magistro Philosophiæ, &c. Sic tradit La-Croix *lib.* 5. *par.* 3. *sub num.* 931.

Protonotarii an, & quando exempti sint à Jurisdic- 38
tione Ordinarii, & quibus privilegiis gaudeant? Vide *verb.* Protonotarius.

Notarii totius status Mediolanensis juxta ordines Re- 39
gis Catholici ad decretum renovatum sub *die* 22. *Julii* 1679. & de mandato Excellentissimi illius Gubernatoris denuo promulgatum sub *die* 18. *Aug.* 1695. in omnibus testamentis, ac aliis ultimis voluntatibus, de quibus rogati fuerint, tenentur serio admonere, & exhortari testatores, ut aliquam legent, seu relinquant eleemosynam pro conservatione, & manutentione Sancto-
rum nostræ Redemptionis locorum Hierusalem. Et No- 40
tarii totius ditionis Regis Sardiniæ, ex ejus regiis
constitutionibus *tit. de Notariis cap.* 5. *num.* 2. jubentur similiter serio admonere, & exhortare dictos testatores, ut aliquam legent eleemosynam hospitalibus Congregationum charitatis loci, aut Provinciæ ubi reperiun-
tur, ac hospitalibus SS. Mauritii & Lazari. Et ipsi, alii- 41
que omnes Notarii sub pœna excommunicationis intra
tempus *supra num.* 4. 5. 8. & 10. assignatum, tenentur
revelare Episcopo, seu aliis ad id deputatis, dicta, alia-
que omnia pia legata. Sicuti etiam sub eadem excom- 42
municationis pœna revelare tenentur intra duos menses à die rogationis aut obitus testatoris omnia relicta pro redemptione captivorum, ex constitutione Clementis VIII. *inc.* Exponi:::

(Ad rem *lex* 5. *t.* 2. *lib.* 5. *Recop. Cast.* præsertim §. 4. & 5. *prope fin.* Consonat quæ *in add. hisp.* & *nov. verb.* Concilium, Eleemosyna, & Mulctæ, reperiuntur notata; hodie in omnibus testamentis necessarie relinquuntur legata pro *Captivorum redemptione*, *Sanctorum locorum Hierusalem*, *Hospitaliumque*; quæ quidem legata sermone hispanico *mandas forzosas* nominantur: in pluribus testamentis hac villa matritensi confectis ita perlegi, & observatur.)

Notarii exequentes literas Apostolicas offendi prohi- 43
bentur, sub pœna excommunicationis. Benedictus XIV.
tom. 1. constit. 14. *incip.* Pastoralis §. 13. Notarii expe- 44
dientes inibitiones vigore appellationis in casibus non
permissis, infamiam, & inhabilitatiorem incurrunt, &
pœnas pecuniarias. Idem constitution. 48. *incip.* Ad Mi- 45
litantis. §. 40. Item expedientes Monitoria in causis ultra
montes absque speciali Judicis rescripto. Idem *ib.* §. 47.
Item recusantes exequi citationes, mandata Sedis Apos- 46
tolicæ, & Curiæ Romanæ, vel aliàs executionem impedientes. Idem const. 42. *inc.* Pastoralis regiminis §. 8.

Notarii, quorum opera, & scientia Judæi conversi 47
libellum repudii dederint conjugibus in judaismo remanentibus, puniantur pœnis pecuniariis, & etiam aliis. Idem tom. 2. const. 38. *inc.* Apostolici Ministerii :::

Terminus mensis à Conc. Trident. *sess.* 24. *cap.* 20. 48
vers. Præterea :: præfixus Notario suffraganei ad dandum acta, potest à Metropolitano abreviari. Sac. Cong. Conc. *in Castren.* 31. *August.* 1605. apud Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 2. *tit.* 28. *num* 82. & apud Joannem Baptistam Pittonium *const.* & *decision. ad Episcopos, tom.* 1. *num.* 635.

Non potest Episcopus præcipere, ut Judices Synoda- 49
les in causis sibi delegatis uti tantum debeant opera Notariorum Curiæ episcopalis. Sac. Cong. Conc. *in Pistorien.* 13. *Novemb.* 1627. apud Nicol. *in Flosc. verb.* Judex *num.* 25. & *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 29. *num.* 13. & *apud* Pittonium *loc. cit. rum.* 982.

Instrumentum depositi rogari potest à quolibet Nota- 50
rio ad arbitrium Monialium, dummodo exhibeatur copia authentica in Cancellaria Episcopali; Sac. Cong. Episc. *in Aquilana* 8. *Novemb.* 1612. Vide *supra verb.* Moniales *art.* 2. *num.* 21. & 22.

Notarius exul ab urbe ob defectus in Officio com- 51
missos non debet admitti in tribunalibus Ordinariorum; Sac. Cong. Episcop. *in Interamnen.* 6. *Septemb.* 1613. apud Nicol. *in Floscul. verb.* Notarius *num.* 18. & apud Pittonium *loc. cit. num.* 1323.

Non potest Episcopis prohibere, ne ceteri Notarii, 52
præter solum Cancellarium Episcopalem, possint rogari
de

de instrumentis, quæ commodum locorum piorum concernunt; Sac. Cong. Immunit. *in Tudertina* 20. *Decembris* 1667. apud Pascuc. *in Compend. ad consult.* Pignatell. *part.* 1. *tit. de Immunit. Eccles. pag.* 442. & apud Pittonium *loc. cit. num.* 1588.

Notarius Episcopi non potest assistere simul cum eo
53 electione Abbatissæ in monasteriis subjectis Regularibus, nec durante scrutinio permanere inter ecclesiam; Sacr. Cong. Concil. *in Tyburtina* 26. *April.* 1727. *ad* 2. & 3. *dub.* Vide *tom.* 3. *verb.* Electio *art.* 4. *num.* 100.

Notario Curiæ episcopalis non tenentur uti Conser- 54
vatores Regularium, sed possunt assumere quemcumque sibi benevisum; Sacr. Congr. Concil. *in Ferentina* 17. *Decembr.* 1667. Vide *tom.* 3. *verb.* Conservatores *art.* 2. *num.* 22.

Notarius seu Cancellarius Curiæ episcopalis non de- 55
bet admitti ad conscribendum actum electionis Abbatissæ monasterii subjecti Regularibus, sed Notarius, seu Secretarius Superioris Regularis tantum; Sac. Cong. Conc. *in Wormatien.* 17. *Septemb.* 1646. *ad* 3. *dub.* ۞

De

۞ Ad cognoscendum, si Episcopus examinare notarios, eosque ab officio, perpetuò, vel ad tempus suspendere valeat, discrimen fieri debere inter eos, qui *Notarii* cognominantur, ac in tribunali ecclesiastico suum munus exercent, & inter illos, qui *Tabellionis publici* nuncupantur, est pernecesse. Primo in casu tria genera discernuntur, *Majores*, *Numerarii*, vulgo *de Asiento*, & *Ordinarii*, vulgo *de Diligencias*: illi postquam per quadriennium ad minus in praxi sint versati, singulis diœcesibus examen per alios qualitatis ejusdem non effugient: suffragia clam super admissione recipiendo, juramento Examinatorum præcedente cum Vicarii Generalis assistentia (1): Secundi vero, intra bimestre à nominationis die, placetum regium idiomate vernaculo, *Notaría de los Reynos*, Cameræ in Senatu obtinebunt, eodemque temporis spatio Supremo in Castellæ Consilio ad examen subeundum sunt præsentandi (2); tertii denique generis, extra dictum tempus in practica versati, bonisque moribus præditi, per majores sunt examinandi, & omnibus tàm Majoribus, quàm Ordinariis in causis temporalibus, & inter laicos officium suum interponere, est vetitum (3); nec ullus titulo ex Curia Romana proveniente suffultus poterit de ceteiro, virtute illius exercere: quia data resolutione, ut præsententur similes in dicto Supremo Consilio ad *regium exequatur*, vulgo *el pase*, consequendum (4), denegatur, & retinentur; adeo ut quamvis R. Nuntio Apostolico pro tempore hisce in Regnis existente inseparata permanserit facultas titulos expediendi, hodie tamen fere locum habere nequit; semper quod Ordinarii ecclesiastici ipsis competentibus utantur (5).

De secundo casu loquendo, hoc est *de Tabellionibus regiis*, inter quos nequeunt non connumerari Notarii, vulgo *de Asiento*, postquam *placetum regium*, examenque in Supremis expressis tribunalibus consequantur, dissonum videbitur requisita hac peninsula ad eorum admissionem sicco pede transire, eritque in mente per consequens retinendum, quod priusquam ad Tabellionatus exercitium admittantur, vigesimum quintum ætatis annum, non solum attingere, sed completum esse, debere: informationem de vita, & moribus, ac nulla generis macula coram judice territorii, residentiæ, vel domicilii, ipsius cum approbatione factam, prævia Syndici Procuratoris Generalis citatione præsentaturos: eorum legitimitatem, simul atque assistentiæ ad alicujus Tabellionis, Procuratoris officium, vel Advocati studium, testimonium manifestando (6); quamquam prædicta concurrentia ad duos annos continuos extendebatur (7): hodie demonstrat experientia, esse quatuor necessarios, in quo quidem demirandum non est, cum quatuor annorum curricula inspiciatur Baccalaureatum in canonico, civilive jure obtenturum esse in praxi, ut ad Advocatiæ exercitium admittatur, causasque suscipiat patrocinandas (8); minusque erit demirandum, si attenditur Chirurgis, & Pharmacopolis eumdem esse terminum præfixum, consequendi gratia ejusdem

(1) *L.* 49. *tit.* 25. *lib.* 4. *cap.* 2. Que estos Notarios mayores hayan de tener quatro ó cinco años á lo ménos de práctica: han de hacer informacion de vida y costumbres: se han de exâminar en cada Obispado por los demas Notarios tambien mayores, precediendo juramento de los Exâminadores, votándose su admision secretamente, y presenciando el exâmen el Provisor ó Vicario General.

(2) *L. ead. cap.* 3. Que los Notarios de asiento numerarios, que en adelante entraren en los Juzgados eclesiásticos en el preciso término de dos meses, contados desde el dia del nombramiento del Prelado, ó persona á quien corresponda hacerle, tengan *fiat* de Notaría de Reynos en la Cámara, y se exâminen de Escribanos Reales en el mi Consejo con las formalidades acostumbradas, y prevenidas en las leyes y Autos acordados, sin cuyo requisito el Provisor, ni otro Juez eclesiástico no les pueda dar la posesion:::

(3) *L. ead. cap.* 5. Que estos Notarios tengan quatro ó cinco años de práctica, sean de buena vida y costumbres: se sujeten á exâmen de idoneidad, que deberán hacer dos de los Notarios mayores de cada Obispado respectivamente::: previniendo, como prevengo, que para dichas Notarías de diligencias, ó de partidos, hayan de nombrar los Ordinarios eclesiásticos á los que tengan título de Escribanos Reales, para evitar multiplicaciones de actuarios en el Reyno, y los abusos y exênciones que reclaman los Reverendos Obispos, y para que al mismo tiempo puedan servir en los Pueblos donde no los haya para asistir á rondas, otorgar Testamentos y otras cosas, asegurándose de este modo la idoneidad y suficiencia.

(4) Vid. *verb.* Alternativa.

(5) *L.* 49. *prox. cit. cap.* 6. Que en atencion á que los Ordinarios Diocesanos pueden nombrar los Notarios que necesiten, y con el fin de evitar se contravenga á las leyes del Reyno, se perjudiquen mis regalías, mi Real

servicio, la causa pública, las facultades Ordinarias, y que en adelante no se experimenten los daños que quedan referidos con la permision y pase de los títulos de Notarios Apostólicos, ya sean expedidos en Roma por el Colegio de Protonotarios, ya por la Nunciatura::: mando no se dé el pase en lo sucesivo á ninguno de los que vengan de Roma, sino que por regla general, sin admitir recurso, se retengan en el Consejo, ni se permita exercerlos, si en adelante fueren expedidos por la Nunciatura, pues con arreglo á la Concordia tomada con el muy Reverendo Nuncio Don Cesar Fachineti, solo puede nombrar cierto número en cada Dióecesis, quando se necesiten, lo que nunca se verificará, á vista de las facultades que asisten á los Ordinarios::: Vid. *verb.* Protonotarius.

(6) *Auct. acord.* 1. *tit.* 25. *lib.* 4. *Ibi*: De aqui adelante las personas que se hubieren de exâminar para Escribanos de los Reynos, traigan informacion y aprobacion de la Justicia, donde vivieren, de su habilidad, y fidelidad, y que son de edad de veinte y cinco años:::

(7) *Auct. acord.* 3. *ejusd. Ibi*: De aqui adelante los Escribanos, que al Consejo se vienen á exâminar, en la informacion que traxeren de sus calidades y edad, traigan probado que han estado por tiempo de dos años continuos en escritorios de Secretarios de Cámara, y otros qualesquier Escribanos públicos, ó en casa de Abogados::: y no lo trayendo probado, no sean exâminados:::

(8) *Auct. acord.* 23. *tit.* 2. *lib.* 3. *dub.* 1. *Ibi*: Y despues del grado de Bachiller en Universidad aprobada, y haber practicado quatro años, sea exâminado por la Audiencia, segun, y en la forma que se estila en los tribunales de España. *Resolucion*: Sobre esta duda he resuelto se practique lo que me propone la Audiencia, con prevencion de que los quatro años hayan de ser de pasantía en casa y estudio de Abogado aprobado.

Q 2

56 ☞ De attentione Notarii circa rasuram instrumenti non inutile est hic agere.

57 Rasura instrumenti regulariter suspectum illud reddit. At si Notarius attestetur se fecisse illam abrasionem, cancellationem, & interlineationem, cessat suspicio: Borel. *consil.* 23. *n.* 21. Stryk. *Juridic. dissert. vol.* 1. *disp.* 6. *cap.* 3. *n.* 1.

58 Nota vero, Notarium attestationem hanc facere debere *incontinenti*, & ante appositionem signi, non post subscriptionem, nec in margine, quia tunc die, & testibus careret, sed in fine, & in corpore instrumenti; quando scilicet se illi subscribit, illudque publicat; Stryk *ubi supra n.* 2.

Quæstionis vero est: Num sufficiat generalis attesta- 59
tio Notarii, an vero opus sit, ut accedat specialis? Pla- 60
cuit autem hæc distinctio, ut si plures in instrumento repe-

artis titulum (1): advertitur quoque in Notariis relatis tribunalis ecclesiastici ad minus prædictum tempus requiri (2); peritiam Tabellionibus inesse debere, nullus nisi cæcutiens, negative pronuntiabit: majorem intelligentiam fere esse habituros hosce, quàm Notarios prædictos, per quam manifestum dignoscitur, ideoque non erit admiratu dignum, si tempus idem requiratur in eis officium tabellionatus exercituris; quapropter, licèt experientia haud demonstraret testimonium, & informationem antelatæ quatuor annorum assistentiæ ad eorum examen esse præcedenda, aliqua sine demora, quilibet pro indispensabili ejusdem temporis necessitatem asseret.

Instrumentis circa ætatem, habilitatem, de vita, & moribus informationem, prævia Procuratoris Syndici Generalis citatione, cum Judicis approbatione exhibitis, seu in Supremo Castellæ Senatu, Sala, quam *Justitiæ* vocant, præsentatis (3), per Regii Fisci Patronum sunt visenda (4): nulloque obice reperto examen decernitur: si approbationem meruerint, exercebunt: sin minus, ad tale exercitium prohibentur admitti (5); sicuti nec exercere valent ceteri, dum numeratis requisitis distituuntur (6): casu dispensationis à competente tribunali obtentæ, ubi locum habere potest, tantummodo excepto (7).

Non omni in territorio enumerata circa Tabellionis exercitium requirebantur. Neminem latet, non solum Regem Catholicum, facultatem habere personas ad simile munus obeundum nominandi, verumetiam quivis privilegiatus, uti accidit in Ducibus, Comitibus, Marquionibus, ceterisque dominis vassallorum (8); bene equidem videtur Aragoniæ regno usque ad annum M.DCC.LXIX. in quasi possessione fuisse nominandi, qui sibi gratiosi visi fuerint, titulos expediendo, quibuscum officium exercebant, quoquo alio requisito semoto (9), sed cum modus hiccine

(1) *L.* 7. *tit.* 16. *cap.* 4. *Ibi*: No admitan á exâmen à ningun Cirujano, si antes no les constase por bastante informacion hecha en pública forma, que ha practicado quatro años::: *Cap.* 5. No admitan á exâmen á ningun Boticario que no sepa latin, y sin que conste primero por bastante informacion hecha, segun se dice, en el capítulo precedente, que ha practicado quatro años cumplidos con Boticario:::

(2) Vid. *sup. prox.*

(3) *Auct. acord.* 20. *tit.* 25. *lib.* 4. *Ibi*: Mandaron que de hoy en adelante los Jueces que para este efecto estan nombrados en las Chancillerias de Valladolid y Granada, y Audiencias de Sevilla y Galicia, cesen en su comision; los quales no exâminen á persona alguna para dicho oficio, sin expresa orden del Consejo::: y asimismo mandaron, que los Corregidores y Justicias de las ciudades, villas y lugares de estos Reynos no admitan á persona alguna al uso de Escribano, sin que conste de la aprobacion y despacho del Consejo, so la dicha pena::: mandaron, que de aqui adelante los Escribanos de Cámara del Consejo no admitan, ni entren á exâminar ninguno que no tenga los veinte y cinco años cumplidos.

(4) *Cit. Auct. acord.* 20. *Ibi*: Para que habiéndola reconocido el Señor Fiscal:::

(5) *L.* 1. *tit.* 25. *lib.* 4. *Ibi*: Salvo si fuere primeramente la tal persona vista y reconocida por los del nuestro Consejo, y precediendo para ello nuestro mandado, y fuere por ellos exâminado, y hallado que es habil é idoneo. *L.* 2. *ejusd. Ibi*: Que en estos nuestros Reynos y Señoríos ningun Escribano pueda dar fé de ningun contrato, ni testamento, ni de otro auto alguno judicial, ni extrajudicial, sino fuere Escribano Real, en la forma que se contiene en la Ley precedente: ó si fuere exâminado y aprobado en el nuestro Consejo:::

(6) Vid. *prox. sup.*

(7) *Act. acord.* 23. *ejusd Ibi*: He tenido por bien resolver la absoluta prohibicion (como por la presente la prohibo nuevamente) de las dispensaciones de edad, y excusas de venir á exâminarse á el mi Consejo los que intentaren y pretendieren ser Escribanos Reales, Numerarios y de Millones, Receptores, y de otra qualquier calidad, sin que á él, ni á el de la Cámara les quede en adelante arbitrio para conceder uno, ni otro:::

